



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Suumma [!] de laudibus christifere virginis Marie**

**Albertus <Magnus, Heiliger>**

**Colonie, 1502**

**VD16 A 1357**

De p[ro]p[ri]etatib[us] potestatu[m]

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-69610](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-69610)

## De secūda hierarchia.

Tercia

iuxta illud Eccl. xliij. Ego in altissimis habito. Tercia vero proprietate principatuum que fuit inferiorum ad principium principium reductivum habuit in summo. ipsa enim ultimo fecit primum et de primo fecit ultimum imo omnia. id est omnes creaturas in homine reduxit ad illum a quo exierunt illi personam uniendo. unde illa mulier fortis de qua dicitur puerb. vi. Cum primum de ultimis finibus. id est de divinitate et humanitate coniunctis homines perditum redemit. Et sic per quater beatissima homo omnes angelos per hierarchiam transiit transcendendo et singulorum ordinum singulas proprietates in summo possidendo. ¶ De potestatibus

Primus ordo  
sedes hierarchie  
tres potestates  
primas.

¶ **I**am igitur de secunda hierarchia videamus in qua primus ordo est potestatis statuus. Cum tres sunt proprietates. Prima est sui ordinis et dignitatis custoditivum. Secunda est aliorum ordinativum. Tercia activum et reductivum. Prima in summo habuit. quia homo fuit post et ante dignitate stante. Secunda etiam habuit cum excellentia. quia fuit ordinis originum inventrix et ordinatrix. et angelorum ordinum reparatrix et restauratrix. Tercia habuit in summo et fuit activa in summo. quia habuit actus virtutum secundum modum patrie quantum ad perfectionem. et secundum statum vite quantum ad meritum conditionem. fuit etiam universaliter reductivum per exemplum. unde et dicta est stella maris. Et sic habuit proprietates potestativum in summo.

Secundus ordo  
tres potestates.  
virilitas consistit  
in tribus

¶ Secundus ordo secunde hierarchie est ordo virtutum quarum tres sunt proprietates. Prima est incoercibilis virilitas. Secunda est nullius imbecillitatis tarditas. Tercia est ad inferiores largitas. ¶ Virilitas consistit in tribus. In resistetia contrarij. in aggressionem ardui. in tolerantiam mali. Hec omnia fuerunt in beatissima homine in summo. Resistetia contrarij. ita enim omne contrarium nocivum. id est peccatum vicit quod ab ipso nunquam aliquid passa fuit. angeli enim nunquam vicerunt. quia nunquam pugnaverunt. in aggressionem ardui. id est in altissima paupertate rerum. maxima carnis asperitate summa cordis humilitate. in tolerantiam mali in asperissima filij passione. quando ipse animam pertransiit gladio. in his omnibus beatissima homo invincibile virilitate in summo possedit. Secunda proprietates virtutum fuit nullius imbecillitatis tarditas. hac ipsa cum excellentia habuit quia eadem virtus angelica quam angeli sine onere carnis cum carne ipsa in carne duxit. et cum sarcina carnis illos sine sarcina carnis ad maius bravium antecurrit. Tercia proprietates fuit ad inferiores largitas. hac etiam cum excellentia habuit. illi enim dantur dona dei. ipsa dedit ipsius dei. ¶ Item ipsi dant tamen inferioribus. ipsa autem superioribus et inferioribus summum donum tribuit. dedit enim mundo deum et deo mundum. cuiuslibet homini regnum celorum. Habuit igitur beatissima homo etiam proprietates virtutum in summo.

potestas secunda

potestas tertia.

¶ Tertius in secunda hierarchia est ordo dominationum. quarum proprietates ponit beatus Dyonysius in celesti hierarchia ca. viij. in hec verba. Sanctarum dominationum manifestam existimo nominationem